

*Instrumentum venditionis di Emma,
moglie del giudice Ruggero de Armanno,
a favore di Perrone de Fenuclaro*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Instrumentum venditionis di Emma,
moglie del giudice Ruggero de Armanno,
a favore di Perrone de Fenuclaro*

1223 luglio

† In Cristi nomine, amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo vicesimo quarto, mense iunii, indictionis undecime, imperante domino nostro Frederico, Dei gracia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto et rege Sicilie, anno imperii eius tercio, in Sicilia vicesimo sexto, feliciter, amen.

1

2

3

In presencia Manfredi iudicis Potencie et subscriptorum testium, ego Emma, uxor iudicis Rogerii de Armanno, voluntate et consensu eiusdem viri mei, vendo et trado tibi Perrono de Fenuclaro medietatem unius domus site in Castroveteri, hiis finibus circumdatam: ab oriente est casalinus Oddonis de Marotta, mediante quintana comuni, a meridie est via publica, ab occidente tenes tu ipse Perronus nominatus emptor, a septentrione tenet iudex Salustius, hanc autem medietatem suprascripte domus qualiter est prescriptis finibus circumdata per designata latera quattuor, una cum omnibus accessionibus et ingressionibus suis. Ego Emma supradicta venditrix tibi dicto emptori vendo et

Il documento, sotto l'anno 1224, dato l'uso dello stile bizantino per l'indizione, va ricondotto all'anno precedente, coerentemente con il ciclo indizionale. Al 1223 corrispondono anche il ventitreesimo anno del regno di Sicilia di Federico II computato per anni interi a partire dalla data del 17 maggio 1198, nonché il terzo anno di impero pure calcolato per anni interi a partire dal giorno dell'incoronazione avvenuta a Roma il 22 novembre 1220.

P duecentesimo

P aius

trado, pro qua recepi a te unciam auri unam nomine totius precii, quapropter do et trado tam tibi quam et heredibus tuis liberam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi, nec non et quocumque modo volueris alienandi vel permutandi predictam medietatem domus iam nominate. Insuper repromitto tibi et heredibus tuis defendere et guarentire contra omnes homines qui te vel tuos heredes molestare seu inquietare temptaverint de ipsa medietate nominate domus more iudiciorum et nec ego vel mei heredes aut aliquis per me vel per meos heredes super te vel super tuos heredes venire temptaverimus vel de ea modo quolibet deinceps tibi vel tuis heredibus calumpniam fecerimus aut per quodlibet ingenium tibi vel tuis heredibus repetere quesierimus, ne deficientes guarentire ipsam tibi tuisque heredibus ab omnibus, ut supradictum est, more iudiciorum, preterea guadium tibi dedi de guarenticia et fideiussorem posui suprascriptum iudicem Manfredum.

4

5

6

7

8

9

P iudicius

P Perroni

P Uddonis

P meridiane

P omette suprascripte domus qualiter est prescriptis

P de

10

11

12

Et taliter ego Petrus de Burgentia 1) **(S)** Potencie
publicus notarius mandato suprascripte venditricis hoc
instrumentum scripsi quia interfui. † Ego Manfredus
iudex Potencie qui supra. † Signum manus Palmerii de
Adelina qui interfuit testis. † Ego iudex de Montepiloso
interfui.

13

14

15

P possidenti

P haec

P herdibus

P Bivitrancia

Burgencia, oggi Brienza (Potenza)

P mandate